



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

107. An sensus redimibilis sufficiat ad patrimonium Clerici? Et an sufficiat
patrimonium ab alio donatum sub conditione, vt ccesset statim, ac
ordinando de sustematione prouisum sit? Et notatur, quod ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

RESOL. CVII.

An census redimibilis sufficiat ad patrimonium Clerici?

Et an sufficiat patrimonium ab alio donatum sub conditione, ut cesseret statim, ac ordinando de sustentatione prouisum sit?

Et notatur, quod hoc passim admittendum non est?

Et aduerterit aliquem non posse promoueri ad sacros Ordines ad titulum beneficij, si titulus sit de sustentatione?

Et an quis possit Subdiaconatum, vel Diaconatum recipere ad titulum beneficij presentis, licet fructibus illius non statim poteretur, sed solum post receptionem Presbyteratum illius frui inciperet?

Et an aliquis possit promoueri ad Ordines ad titulum coadiutoria?

Et quid maxime, si coadiutoria habeat de presenti congruam sustentationem?

Et aduerterit, quod imperato beneficio, sed prohibita possessione a iudice seculari non posse aliquem sumere sacros Ordines? Ex part. 9. tract. 8. & Misc. 3. Refol. 2.

S. I. Negatiuam sententiam tenet Vgolinius de potest, Epis. cap. 26. §. 10. num. 2. & §. 12. num. 3. cum Bonacina de Sacram. disp. 8. quest. vniuersitatis. punct. 5. num. 32. Quia vendor potest illum redimere, quo casu res sit mobilis, quae non sufficit ad patrimonium.

2. Sed optimè Ioannes Baptista Tiberius in Institut. ordin. cap. 9. quest. 68. Garcia de benef. tom. 1. part. 2. cap. 5. num. 95. Parisius de Ref. lib. 2. quest. 6. num. 15. Azotius tom. 2. lib. 3. cap. 14. quest. 7. Castrus Palauus tom. 4. tract. 27. disp. vniuersitatis. punct. 11. num. 9. assertur, censum redimibilem sufficiere ad patrimonium: quia annui census inter immobilia computantur, Clementina, Exini. §. Cumque annui redditus de verbis significat. Neque oblat, quod redimi, & extinguiri possit, qui obligandus est ab Episcopo talis ordinatus ad conuentum pretium in alia bona fructifera: & hoc casu posset etiam aliis cum ipso fundari, vt Nauar. de usuris, num. 87. Lessius lib. 2. cap. 22. num. 77. Itaque in tali casu, si redemptio fiat, deponatur pecunia ex Iudicis decreto apud idoneas personas, ut iterum census constituantur: si enim hoc est sufficiens pro constitutione vniuersitatis, & maioratus perpetuus, vt tradit Molina de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 10. num. 6. cur non sufficiet pro titulo ad Ordines requisito? illa enim cautione periculum extinctionis vitatur. Et licet illo tempore, dum pecunia deposita est, nec se offert occasio constituendi, non possit ordinatus ex ea alimenta suscipere: non obinde censendas est insufficiens titulus esse census constitutus: quia illud tempus, moraliter loquendo, breve esse voleret, ac proinde in considerationem non venit, ideoque reputatur census perpetuus, ac si redemptio non contigisset. Et ita nouissime hanc sententiam, preter Doctores citatos, tenet Pater Garcia in Summ. mor. tract. 1. difficult. 1. dub. 5. punct. 5. num. 33. Machadus tom. 2. lib. 4. part. 1. tract. 7. docum. 7. num. 6. & Marchinus de Sacram. Ordin. tract. 2. part. 6. capit. 7. difficult. 2.

3. Sed hic incidenter querendum est, an sufficiat patrimonium ab alio donatum sub conditione, ut cesseret statim, ac ordinando de sustentatione prouisum sit? & an sit passim admittendum? Dico primò, de rigore esse admittendum: quia patrimonium, etiam absolute datum, renuntiari potest de Episcopi licentia, obstante aliunde decenti sustentatione: sed

Episcopus admittendo talem conditionem, dat licentiam: ergo. In acta tamen, quo renuntiatur, debet Episcopus intervenire, ut iudices, an aliunde sit prouisum sufficenter. Dico secundò: licet patrimonium ab alio donata rei ci non possint ex Sacra Congregationis responsu, reuera tamen frequenter fontiniascum enim ad minus donator spes forte, vi collatus alimenta non petat, id est, ne illum offendat, nil audet exigere, unde cogitur, si non mendicare, tam indecorum vivere, vestire, laicis inferire, doc. & idcō esti talia patrimonium, cum omnī fulgurante, non sint rei cienda; non tam frequentem putarim admittenda; maximè quia, cum Episcopū nūnquam ad titulum patrimonij renuntiū ordinarū nūnconqueri potest, si patrimonio ab Episcopo requisito carens non admittatur. Et huc omnia docet Tiberius in Institut. Ordin. cap. 9. quest. 7.

4. Notandum est tamen hic obiter comm. Suprum de cen. lib. 10. cap. 14. num. 19. Campanil. in. uer. Inr. Rubr. 8. cap. 4. num. 10. aliquem non posse promoueri ad sacros Ordines ad titulum beneficij, si titulus sit de futuro: sententia enim supradicta est contra Concilium Tridentinum, quod praecorrigit titulum de praesenti iam pacifice possit, ut Pacificè possidere, cap. 2. f. 2. 2. de reform. Episcopū sufficit titulus de futuro. Ita Garcia de benef. port. cap. 5. num. 130. qui tamen notat, siue S. Sacra Congregatione resolutum, quod poterit quia Subdiaconatum, vel Diaconatum recipere ad titulum beneficij praetensis, licet fructibus illius non statim poteretur, sed solum post receptionem Presbyteratum illius inciperet. Sed haec dictio videatur difficult. Marchinus de Sacram. Ordin. tract. 2. part. 6. cap. 6. difficult. 1. 10. nam ex se fieret, promotum ad Subdiaconatum, vel Diaconatum, si non habeat, unde vnde, cogi interim mendicare: quod, vt a clericali honeste alienum, Sacri Canones abhorrent. Vide et hi caute legendus est Gonzalez de Regal. Cancell. Cl. 5. 9. num. 8. qui absolutè docet, aliquem posse promoueri ad titulum coadiutoria: nam expoundit est de coadiutoria perpetua habente de practici congruam ad victum sustentationem. Vide Mon. tam de optione Canon. c. 4. 9. 8. num. 169.

5. Hinc etiam contra Rodriguez, in Summa, p. 2. cap. 15. num. 11. dicendum est, quod imperato beneficio, sed prohibita possessione a iudice seculari, non posse aliquem sacros Ordines tunc: nam Concilium ante ordinationem, pacificam beneficij possessionem prærequisit. Vide Marchinum, abib. p. 2. diff. ul. 4.

RESOL. CVIII.

An Episcopus in Regno Sicilia possit ordinare Subdiaconum, qui pro matrimonio tantum vocis vnde annuales habet, & multa alia circa parvimoniam? Et notatur, quod si aliquis Subdiaconem initiat Diaconatu, aut Sacerdoto offendens testimonium parvimonij renuntiari, vel alienari, & faciens renuntiationem factam, non incurrit pena statuta contra eos, qui abesse patrimonio ordinantur?

Et docetur Graduatum in iure Canonico, anti in Sacra Theologia sine titulo, aut patrimonio posse ordinari?

Sed an vero contra hoc obstat declaratio Cardinalium? Ex part. 4. tr. 4. & Misc. Ref. 5.

§. 1. De hoc casu olim per litteras interrogatas fui ab Innocentio de Maximis Episcopo Cataniensi, & affirmatiuè respondi, licet nullius Doctoris autoritate stetit, quia licet hodie in Sicilia